

9192 Victori | centurioni | legionario | ex equite Romano<sup>1</sup>, | ob munificentiam | ordo Siccensium | civi et | condecorioni | d. d. p. p.

*Siccae (El-Kef) provinciae Africae (VIII 1647 vidit Wilmanns). — Titulus videtur fuisse quodammodo gemellus eius quem supra dedi N. 9020. — 1) Cf. supra N. 2654 seq.*

9193 T. Cominius | T. f. Volt. Seve|rus Vienna 7 | leg. II Adiutric. | donis donat. | ab imp. Caesare | Aug.<sup>1</sup> bello Dacico | torquibus armill[is] | phaleris corona val|lari, vixit ann. XXXXV. | T. Caesernius Macedo<sup>2</sup> | proc. Aug. her. ex test. p.

*Mitrovica, ubi fuit Sirmium, rep. a. 1889 (III S. 10224 descr. Ljubid). — 1) Significari videtur Domitianus. — 2) Idem supra N. 2003. 9008.*

9194 C. Didio C. f. Sab. | Saturnino<sup>1</sup> | p. p., | donato bello Par. | a divo Vero item | bello Germanico | a divo M. torq. et arm., | item divis Severo et | Magno Antonino | coron. aurea civica | et asta pura argent., | ob insigni[a] eius in | rem pub. merita | Saturnienses | municipes patro. (*In latere*) cura agente C. Min|tio Urbo (*sic*).<sup>2</sup>

*Saturniae (ibi ubi N. 6596) rep. (XI 7264 vidit Bormann; imaginem dedit Milani Notizie degli scavi 1899 p. 483). — 1) Videtur fuisse etiam cohortis praetoriae centurio, cf. VI 32523<sup>a</sup>. Idem homo in t. mutilo XI 2651, ex quo videtur colligi posse eum etiam honores gessisse Saturniae. — 2) Fortasse scr. Urso.*

9195 . . Publio L. f. Fa[l.]<sup>1</sup> | Memoriali<sup>2</sup> | [p]raef. fabr., praef. coh. III | [C]yreneicae sagittarior.<sup>3</sup>, | [tr]ib. mil. leg. X Fretensis, | [pra]ef. gentis Numidar.<sup>4</sup>, dilictat.<sup>5</sup> | [tir]onum ex Numidia lecto[r. | leg.] Aug. in Africa, item . . . | . . . [a]e, item Ferrat[ae] . . .

*Foro Clodii rep. (Vaglieri Notizie degli scavi 1895 p. 342). — 1) Sic vel Fa[b.]. — 2) Idem sub Vespasiano fuit procurator Corsicae, cf. X 8038. — 3) Eadem ut videtur cohors supra N. 2538. 2748. — 4) Cf. N. 2721. — 5) Dilictatori.*

9196 L. Pomponio L. f. | Lupo IIII vir. i. d. | quinq. iter., trib. milit. | leg. IIII Macedonic., | praef. coh. equitatae | Macedonum<sup>1</sup> et coh. | Lusitanor. et | Baliarium insularum | ex s. c. | ob munificentiam eius.

*Prope Viterbo in ruderibus municipii Ferentis fossionibus a. 1908 rep. (XI 7427 vidit Bormann; Milani Notizie degli scavi 1908 p. 379). — 1) Cohortes Macedonum praeterea ignotae (cohortes agnomine Macedonicae II 3230. 4232).*

9197 . . . . . | et leg. VI Vic., i . . . . . | bello Mit[hridatico]<sup>1</sup>, | prae[f.] cas[tr.] . . .

*Prope Tarracinam rep. (H. L. Wilson Roem. Mitth. 1906 p. 395). — 1) Videtur significari expeditio Didii Galli contra Mithridatem Bosporanum (Tac. ann. 12, 15; cf. supra N. 970 not. 1).*